ANGELI POLITIANI OPERVM

*

Epiſtolarum libros XII, ac Miſcellaneorum Centuriam I, complectens.

APVD SEB. GRYPHIVM
LVGVDVNI,
1539.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

INDEX EORVM, quæ in epiſtolis, & Miſcellaneis Ang. Pol. continentur.

A

ABammon 650
Ab ima die 219
Ab limine 528
Abnumerus 631
Accenſi 698
Achilles Patroclo iunior 594
Adq; pro Atq; 124
Ad, & At 125
Adgredior, pro Aggredior 125
Ad inſtar 620
Adlocutio, p Allocutio 125
Adulescens, pro Adoleſcẽs 134. 140
Aediles 668
Aegis Palladis 596
Aeſculapius 41
Aetia Callimachi 406
Africanus iureconſult. 161
Agon' 627
Ai diphthongus 591
Alba linea 359. 696
Albertus Magnus 507
Alexander Sartius 204
Alexandri uox 303
Ammonis templum pauperrimum 603
Amphimachi cædes 645
Amuſsis 359
Amicus Plato, magis amica ueritas 45
Amicitia uera & incorrupta 55
Amantium iudicia cæca 96
Amyſtis Threicia 407
Amphora 322
Angeli Politiani laus 72
Anima quid, & quæ eius eſſentia 56
Animalia dijs ſacra 378
Animans hæc 516. 535
Annotationes Politiani in Syluas Statij 163
Anthuſa 5
Anthus, ſiue Pub. Furius Anthianus 161
Antia 602
Anticlus 644
Antigraphon 598
Antilochi cædes 645
Antiquarius 596
Antonius Lollius 243

ANGELI PO-
LITIANI EPISTOLARVM
Liber Primus.

ANGELVS POLITIANVS
Petro Medici ſuo S. D.

EGISTI mecum ſæpenumero magnanime Petre Medices, ut colligerẽ meas epiſtolas, & in uolumen redactas publicarem. Collegi, ne non in omnibus obſequerer tibi, quo ſunt in uno ſpes omnes, opesq; meæ ſitæ. Neq; collegi tamen uniuerſas: id enim laborioſius, quàm Sibyllæ folia. Non ſcripſerã uidelicet ad hoc, ut in unum corpus referrentur, ſed ad uſum præſentem duntaxat, oblatis argumentis, non quæſitis. Ita nec exempla mihi retinui, niſi quarũdam, puto minus fœlicium, quæ diu iam cum blattis & tineis rixabantur. Veruntamen ut inſtar uoluminis efficerem, nonnullas etiam miſſas ad me, ſed à doctis duntaxat, inſerui, quæ marcentẽ quaſi ſtomachum lectoris excitarent. Eſt autem omnino ſtylus epiſtolarum mearum ipſe ſibi diſpar: quo nomine multum quoq; ſcio reprehendar. Nam nec eadem mihi ſemper uoluntas, nec idem cuique uel perſonæ, uel materiæ congruebat. Non deerunt ergo qui dicãt, ubi tam uarias epiſtolas legerint (ſi qui modò legerint) iterum me Miſcellanea, non epiſtolas cõpoſuiſſe. Sed inter diuerſas opiniones & præci-

ANGELI PO LITIANI MISCELLAneorum Centuriæ primæ ad Laurentium Medicem

PRAEFATIO.

CVM TIBI ſuperioribus diebus, Laurenti Medices, noſtra hæc Miſcellanea inter equitandũ recitaremus, delectatus arbitror nouitate ipſa rerũ, & uarietate non illepida lectionis, hortari cœpiſti nos, ut unam ſaltem ex eis Centuriam (nam cæteris libri ſinguli capitibus explicãtur) publicaremus. Quod nũc utiq; ſimul autoritate tua, qua maior, nobis quidẽ, nulla in terris eſt, ſimul ratione adducti facimus: quoniam noſtra iſta iam nonnulli uel cum puluiſculo conuerrunt, ſic ut alijs pridem, ſibiq; noſtrorum titulo laborum nimis placeant. Quanquàm ſcimus inuidia magna fore hos libros, & multum ſermonis ſubituros, ut qui de magni nominis autoribus liberè pronuncient. Sed non id noſtrũ exemplũ. Nam ſcriptores fermè omnes ſic ſuas tuẽtur parteis, ut alienas oppugnẽt, ac laudis occaſionem plerunq; de aliorũ erratis petant: tum ſæpe à tenuioribus, & gregarijs, uelutiq; poſtremæ notæ, qualis ego, uel Cluuienus, etiam proceres illi (ut ita dixerim) & anteſignani quidam literarũ ſuggillantur. Vetus eſt autẽ dictum, Cõſcientia mille teſtes. Scit illa prorſus nihil hic

puluiſculus

miguel Grau